c.ius naturale.1.distinct.ita enim perspicimus bruta ipsa animãtia rationis expertia naturæ gubernatricis suaui quodam motu,pullos,catulloſq;suos anxie solicite,opipareque pascere,& indefesse in eo elaborare vt vegetatis artubus coalescãt: quod ab his principijs & naturæ semina
2 rijs ius ciuile accepit. Varijsq;legibus latis cõfirmauit.l.siquis à liberis.ff.de liberis agnoscendis,ibi denique D.Pius rescripsit ad Titianum competẽtes iudices alite à patre tuo pro modo facultatum eius iubebunt,& in.§.si vel parens,versicul.si quis ex his alere detrectet,pro modo facultum alimenta,& constituentur,Quæ si non præstet pignoribus captis & distractis cogetur sententię satisfacere,l.fin.C. de alend.liberis quæ iura repetita ltge naturæ,& paterna pietate,ciuiles vires adiungunt vt quod natura præcipit cogẽte quoq;ciuili iure adimpleamus, ibi quod si sponte non fecerit aditus competẽs iudex alimenta pro modo facultatum præstare tibi iubebit.Cum enim regulariter alimenta hæc officio iudicis petantur, & præstẽtur ex prædictis iuribus,tenet Bart. post glos.in d.l.si quis à liberis.glo.Abb. & reliqui.in cap.cum haberet de eo qui duxit in matrimoni.quam poluit per adult.l.1.tit.19.par,4.Si patens tenuat alimẽta necessaria præstare, læpe enim huiusmodi parentes odio filios suos alimenta petentes prosecuntur, ac læpe conuicti,malunt bona sua capi,nonnunquam alijs creditoribus consulto addicta,vt filij difficultate percipiendi alimenta compulsi,modico aut nihilo contenti vt rediuiuas lites effugiant,quibus misere esurientes interim cruciantur,desperatis alimentis vniuersam causam alimenti præstandi,omittant.solet Senatus noster præuia aliqua causæ cognitione,eaque summaria,ex qua constet de malignitate parentum prædium aut fundum parentis assignare filio alendo,vnde ipse sua manu,capiat alimenta.cogunturque coloni & inquilini filio præstare,quæ erant pro fundo aut prædio alias patri præstaturi.Bald. in.l.defuncto.C.si in fraud,patron.nu.3. versi.sed pone.Bart.& Ioan.de Imol.in l.si constante.ff.solut.matri.nu.62.& ibi Ias.nu.198.Roman.in.l.2.§.quod si in patris.ff.solu.matri.idem Bal.in.l.non potest.ff.de adoptionib.idẽ Roman.& Paulus de Castro in.l.Imperator.ff. ad Trebel.nu.13.Alex.ibi,late ibidẽ Segura, nu. 118.alios allegat Ludoui.Molin.lib.2.de primog.Hispan.lib.2.cap.15.nu.72.

3 Natura nanque parens vt humanum genus propagaret ne ipsum sua imbecillitate deficeret procreatione adinuenta proximum fuit vt educationem institueret nec enim homo conseruari potuisset mortalis,fragilis,debilis,cæli,solique iniurijs expositus,nisi post procreationem nostris animis educationem prolis tacita quadam lege indidisset.Quibus duobus præsidijs humanum genus conseruatur: sicuti animantium genus omne. Cum
4 enim miserrime omnium quæ nascũtur nascatur homo,aliena eget ope, alieno pręsidio vt viuat,vt enim inquit Plinius libro.7.Historiæ naturalis in proœmio, *Ante omnia vnum animãtium cũctorum alienis natura velat opibus, cæteris variè tegumenta tribuit, testas,cortices,coria,spinas,villos,setas,pillos,plumam,pennas,squamas vellera,trũcus,etiam arboresq; cortice interdum gemino à frigoribus & calore,tutata est.Hominem tãtum nudum,& in nuda,humo natali die abiecit,ad vagitus statim,& ploratũ, nullumq; tot animalium aliud ad lachrymas,& has protinus vitæ principio,at hercule risus præcox ille & celerrimus ante quadragesimum diem nulli datur.ab hoc luce rudimẽto,quæ ne feras inter nos genitas, vincula ex*

Capiunt:

© 2011 Real Academia de Jurisprudencia y Legislación